

Henricus, quem modestia vivum, quartum ordinis saltem intuitu, virtus verò vivis exemplum, magnum laudavit, quòque Gallia majorem haud habuit vix habitura parem, quid inquam aliud significare voluit, recens nati Delphini, ita primogenitum vocant, quem Hispani infantem, Angli Walliæ Principem, manibus gladium inferendo hoc verborum tenore: *La puisse tu employer pour l'honneur de dieu, & le salut de ton peuple; Hoc utaris in honorem Dei & salutem populi tui; quam belli jus esse notam summæ majestatis.* Jean de Serres en l'histoire de France.

### XXXIII.

Unde infero, quia Repressaliæ ad belli normam decernendæ, Heig. quest. 12. num. 23. Bart. qu. 1. num. 4. q. 3. num. 3. Wesembec. conf. 46. n. 7. & seqq. Ut enim bella justa malitiam eorum, qui vel reddere quod per injurias ablatum, vel aliis improbè factum est, emendare neglexerint, ulciscuntur, c. Dominus 23. q. 2. sic & Repressaliæ nostræ temerariam aliorum audaciam in deprædando, vel debitis malitiosè contrahendis reprimere intendunt. Frider. c. 49. Gail. 1. observ. 28. Ideò illas exerceri absque summi Magistratus decreto nefas esse.

### XXXIV.

In Imperio nostro jus hoc penes Imperatorem esse diximus; quo ipso non negamus, ante L. Regiam aliud fuisse dicendum; tùm enim soli populo Romano jus indicendi belli & ob rationis itemditatem Repressaliarum concedendarum reservabatur, arg. l. hostes 24. ff. de capt. & postl. revers. l. hostes 116. ff. de V. S. unde si quis pacem vel bellum susciperet sine publico scitu, capitale fuit. Plat. ult. de LL. 35.

### XXXV.

Sed populo per L. Regiam omne suum Imper. abdicativè transferente, §. sed & quod Principi. Inst. de jur. N. G. & C. l. 1. ff. de const. Princip. hoc jus penes ipsum Principem remansit, ipseq; pacis bellive habet arbitrium, l. 3. §. eadem ff. adl. jul. maj. l. 17. C. de re milit. c. quid culpatur 23. q. 1. c. Dominus noster 23. q. 2.

Quod